

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6987
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Marcolfus incipit ff xi Et tractatur folio 88 Folium xi

76

Incipit dialogus marcolfi cum salomone.

Quom staret rex salomon super solium dauid patris sui plenus sapientia et diuitiis vidit quendam hominem Marcolfum nomine a parte orientis venientem valde turpissimum et deformem sed eloquentissimum Uxor eius erat cum eo que etiam nimis erat terribilis et rustica. Cumque eos rex pariter conspectui suo exhiberi iussisset stabant ambo ante eum se mutuo conspicientes Statura itaque Marcolfi erat grossa et curta caput habebat grande frontem latissimam rubicundam et rugosam aures pilosas et usque ad medium maxillarum pendentes Oculos grossos et lipposos et labium quasi caballinum habebat barbam sordidam et setosam manus truncatas digitos breues et grossos pedes rotundos nasum spissum et gibbosum labia magna et grossa faciem asininam capillos veluti sunt spinule hircorum calciamenta pedum eius rustica erant nimis et cingebat renes eius dimidius gladius vaginam quoque

Marcolfus